**hymenaicum, metrum**

Sacerd. GL VI 502. 6 sqq. dactylicum metrum omnibus et simplicius et antiquius est, quod dividitur in species XVII: … 502. 12 sq. dimetras tres, adoniam, hymenaicam, penthemimericam, sed simplicem.

Sacerd. GL VI 517. 3 sqq. huic metro, id est adonio, addita syllaba faciet metrum hymenaicum. de hymenaico dimetro sapphico. hymenaicum dimetrum dactylicum sapphicum monoschematistum est: semper enim duobus dactylis constat:

Ὕμεν᾽ Ὑμήναον,
ὦ τὸν Ἀδώνιον,

(Verg. *Aen*. II 2)

‘inde toro pater’,

(Verg. *Aen*. I 604)

‘mens sibi conscia’.

huic metro acatalecto, id est hymenaico, addita syllaba faciet metrum archilochium penthemimericum, sed simplex.

Serv. GL IV 460. 16 sq. de hymenaico. hymenaicum constat dimetro (*scil.* dactylico) acatalecto, ut est hoc:

‘tibia personet’.

Fragm. Bob. GL VI 623. 8 dimetrum (*scil.* dactylicum) acatalectum, quod hymenaicum appellatur. [*R.S.*]